Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



204

Hoc aliis uerbis in zacharia pphetia scriptum est.
& nisi fallor & prona pphetie ad dnm dicitur,
percute pastorem & dispergentur oues. Sed ca
simo quoq; & octauo psalmo qui totus ad dnm
canitur, huic sensui congruente, qm quem
tu percussisti. ipsi persecuti sunt. Percutitur
autem pastor bonus, ut ponat animam pro ouib;
suis. & de multis gregib; errorum fiat unum
grex & unus pastor. De hoc testimonio
in libello quem de optimo genere interpre
tandi scripsimus, planius dictum est.
Respondens autem petrus ait illi, & si omnes
scandalizati fuerint ego nunquam scandali
zabor. Non est tenerritas nec mendacium,
fides est apostuli petri, & ardens affectus
erga dnm saluatorem. de quo superius dixim,
Ait illi ihs, amen dico tibi quia in hac nocte
ante quam gallus cantet ter me negabis.
& petrus de ardore fidei promittebat & sal
uator quasi futura nouerat. & nota
quod petrus in nocte negat ter tio, post q
autem gallus cecinit, & decrescentibus
tenebris uicina lux nuntiata est.